



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Osee Prophetam Commentariorvm Liber III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. III.  
**RVPERTI ABBATIS**  
 TVITIENSIS IN OSEE PROPHE TAM  
 COMMENTARIORVM LIBER III.



Rolixa inuectione peccata Iudæ siue Ifrahel aut Effraim spūs propheticus præfenti loco declamans, mala illis uentura denunciat acerba nimis & diu-  
 turna, non ante finienda, donec ueniret Romanus exercitus, & cumulata in  
 ultionem sanguinis Christi miseriarum mensuram in illis completeret. Testa-  
 tur hoc ipse, qui in prophetis olim loquebatur, Christus, cū per semetipsum

testimoniū de præfenti prophete huius declamatione sumens, ita loquitur ductus ad cruci-  
 figendū: Filie Hierusalē nolite flere super me, sed sup uos ipsas flete & super filios uestros  
 quia ecce dies uenient, in quibus dicent, Beatæ steriles, & uentres quæ nō genuerūt, & ube-  
 ra quæ non lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, ope-  
 rite nos. Hoc nanq; propheta hic ante prædixerat, & sic infra scriptū est, Lappa & tribulus  
 ascendet super aras eorū, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Di-  
 cebat aut dominus de tribulatione & ira, quæ uentura erat per manus Romanorū populo  
 illi in ultionē sanguinis sui. Igitur quocunq; noie propheta hic utatur, siue Iudæ, siue Ifrahel  
 siue Effraim uocet eos, ipsi sunt Iudæi illius tēpore quod propheta prospicit intendēs in ad-  
 uentū Christi: & maxime illis mala ista denunciantur, qui patrū suorū recedentiū à domo  
 Dauid, mensurā impleturi erant, crucifigendo magnū & uerū Dauid. Nunc itaq; cepto  
 tenore, ordinē prophetiæ persequamur. **L** Noli letare Ifrahel, noli exultare sicut po-  
 puli, quia fornicatus es a deo tuo. **B**ileristi mercedem super omnes areas tritici,  
**A**rea & torcular non pascent eos, & uinum mentietur eis. **N**on habitabunt in ter-  
 ra domini. **N**otum est quia letari & exultare uoluit Ifrahel sicut populi, & hoc peccatū  
 eius manifestū est, ut inferius hic propheta dicit ex diebus Gabaa, id est, ex diebus Saul qui  
 fuit de Gabaa. Tunc em̄ Ifrahel hoc ipsum, quod uellet letari & exultare sicut populi, ma-  
 nifestauit Samuēli his uerbis. Ecce tu senuisti, & filij tui nō ambulāt in uis tuis. Constitue  
 nobis regē ut iudicet nos, sicut & uniuersæ habēt nationes. Cūq; diceret dñs, audi uocem  
 populi in omnibus, quæ loquitur tibi, non em̄ abiecerūt te, sed me, ne regnem super eos: iu-  
 xta opera sua quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Aegypto usq; ad diē hanc, sicut dereliqui  
 querunt me & seruiērūt dijs alienis, sic faciunt etiā tibi. Cū (inquam) hæc & cætera diceret  
 dñs, & Samuel illi cuncta cōtestaretur, iterū firmitus manifestauit Ifrahel quod uellet letari  
 & exultare sicut populi, dicens illi, Nequaq;. Rex em̄ erit super nos, & erimus nos quoq; si-  
 cut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nos-  
 tra pro nobis. Nimirū hæc lætitia populorū, hæc exultatio est gentiū, regem aliū habere q̄  
 deū, et hac lætitia letari, tali exultatione exultare uoluit Ifrahel, quādo regē Saulem expul-  
 uit, quando secutus est Hieroboā relictā domo Dauid, quando Christū negauit ante faciē  
 Pilati, dicens, Nos nō habemus regē nisi Cæsarē. Verū taliter letari, tali modo exultare nō  
 conceditur populo illi qui legē accepit, et cultū professus est dei, qualiter letantur uel quom-  
 modo exultant cæteri populi qui nunq; habuerunt notitiā dei, ut uacet illis, quæ admodū et  
 cæteris gentibus, deserto deo prosperari in tēporalibus bonis. Ait ergo, Noli letari Ifrahel  
 noli exultare sicut populi, subauditur, quia non cōceditur tibi. Quare? Quia, fornicatus es  
 à deo tuo inquit. Ac si dicat, Aliter em̄ iudicatur adultera, quæ fornicādo recessit a uiro suo  
 atq; aliter meretrix quæ nulli fidem dederat, neq; unq; astricta fuerat uinculo cōiugali. Tu  
 uirum deum sortita fueras, et tali marito contempto dormisti cum altero uiro, imò cū plu-  
 ribus uiris, olim in deserto et in Samaria, siue etiam i Hierosolymis, cum uitalis aureis, et cū  
 Baal cæterisq; portentis, et nouissime cum Barraba latrone, quem tibi negato Christo præ-  
 elegistis: et hæc adulteria maritus deprehendit. Præcipit autem lex ipsa, quam tu professus es  
 Si spiritus Zelotipie concitauerit uirum contra uxorem suam, adducet eam ad sacerdotem  
 Cūq;

Cumq; steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus eius sacrificium recordationis & oblatione Zelotipia. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congescit: adiurabitq; eam & dicet. Si declinasti a viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo. Putrescere faciat foemur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aqua maledicta in uentre tuum, & utero tumefcente, putrescat foemur tuum. Et respondebit omnis populus, Amen, Amen. Non sic examinatur uel in isto seculo iudicatur meretrix, cui non est uir, quem iure aduersus ea spiritus Zelotipia concitare possit. Noli igitur latari, noli exultare sicut populi tui, quia deo tuo fornicatus es: quia uidelicet laetitiam siue exultationem populorum non concedunt tibi quae in te conscripturae sunt legis maledictiones. Maledictus eris in ciuitate te, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledicta reliquiae tuae, maledictus fructus uentris tui, & fructus terrae tuae, armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum, &c. Porro, populis salte ista conceduntur temporalia bona, ut (uerbi gratia) sint promptuarum eorum plena, eructantia ex hoc in illud: ut sint oues eorum foetosae, abundantes in egressibus suis, boves eorum crasse. Cur ita? Qua ratione sic apud deum iudicatum est? Videlicet quia populi suos labores possident, tu autem labores aliorum pro mercede accepisti conseruandae legis dei, sicut in psalmo scriptum est. Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius. Hac mercede accepta, datorem deum diligere, & legem eius custodire debueras. Sed quid? Dilixisti mercedem (ait) super omnes areas tritici. Peruersa dilectio tua. Nam deum diligere, mercede autem uti debueras: Tu autem e contrario, mercedem dilixisti, Deum contempnisti. Ergo fornicatus es a deo tuo, quia dilectionem, qua deum diligere debueras, ad diligendam mercedem detorsisti: & hoc non parce, non quomodocumque, sed super omnes areas tritici, id est, tam immensa cupiditate, tam profunda auaritia, ut te explere non queant omnes areas tritici. Tua namque auaritia ignis est, qui nunquam dicit sufficit. Tale tamque peruersum tuam dilectionis ordinem dominus ipse detestans in euangelio, dicit. Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, qui decimatis, metam & anetum & cyminum, & reliquistis quae grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Item. Amant autem primos recubitus in caenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. Tam honoris quam pecuniae mercedem te dilixisse redarguit, quia nimirum in utroque peruersa est dilectio animae fornicantis a deo, diligentis rem dei, neglecto deo. Quid igitur? Quid fieri censet propheticus sermo? Area (inquit) & torcular non pascet eos, & uinum mentietur eis. Ad auditores sese conuertens, totusque aduersus a fornicante populo spiritus, qui haec dicit, alijs annunciat, quid iuste propter hoc euentus sit. Ac si dicat. Quonia dilexit mercedem meam, & me ipsum contempnit, ipsa merces tolletur ei, scilicet triticum & uinum: & cum in illis sperauerit, mentientur ei, sicut continetur in maledictionibus legis. Sementem multam iacies in terra, & modicum congregabis, quia locustae omnia deuorabunt. Vineam plantabis & fodies, & uinum non habes: nec colliges ex ea quicquam, quonia uastabitur uermibus. Parum hoc erat, ut area tritici non pasceret eos, & uinum pariter mentiretur eis: nisi etiam & olim Assyrio uastante: & post, Romano exercitu debellante, ducerentur captiui. Ait ergo, repente sententiam complens. Non habitabunt in terra domini, subauditur, sed in omnes gentes ducentur captiui, & nusquam requies erit illis, quemadmodum itidem Moses praedixit. Disperget te dominus in omnes populos a summitate terrae usque ad terminos eius. In gentibus quoque illis non requiesces, neque erit requies uestigio pedis tui, &c. Et notandum, quod non dixerit, non habitabunt in terra sua, sed non habitabunt (ait) in terra domini. Non uult profiteri quod terra illa, ad quam possidendam ingressi sunt filii Israhel, terra ipsorum fuerit aut esse debuerit, sed terra domini. Et recte, nam hoc ipsum confirmatur auctoritate ipsius domini dicentis inter caetera legitima terrae quae obseruari iussit. Terra quoque non ueniet in perpetuum, quia mea est, uos autem aduenae & coloni mei estis. Neque enim terra fuit ab initio illius populi, sed neque suis eadem terram adquisiuit meritis, cum fuerit populus durissimae ceruicis. Vnde & Moses dicit in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istae

Deut. 28.

Psal. 74.

Psal. 104.

Peruersa dilectio Iudaeorum

Matth. 23.

Luce. 11.

Deut. 28

Vbi supra

Terra domini.

Leui. 25

Deut. 9



COMMENTA RUPER ABBA LIB III.

suas istæ deletæ sint nationes. Neq; em̄ propter iustitias tuas & æquitatem cordis tui ingrediæris, ut possideas terras eorum, sed quia illæ egerunt impietatem, introeunte te deletæ sunt, & ut completeret uerbum suum dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob. Scito igitur quod non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis populus, Recte igitur dictum, non habitabunt in terra domini, pro eo ut diceret, non permanebunt in terra, quam dominus dedit illis, quæ nequaquam ipsorum erat, sed terra domini, quia uidelicet nec ipsorum ab initio fuit, nec eam pro ullis adepti sunt meritis suis. Porro, & alia est terra

Psal. 141  
Psal. 26.

quæ dignius dicatur terra domini, scilicet terra uiuentium, in qua & Psalmista portionem suam esse dicit & credit uidere bona domini. Num ergo saltem in illa terra poterunt habitare coloni isti, & suscipiet eos illa terra uiuentium, quos ista terra Chanaan euomuit? Nequaquam. Sequitur em̄. Reuersus est Esraim in Aegyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. Non libabunt deo uinum, & non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorum ante me ipsoz non intrabit in domum domini. Recte ergo non specialiter dixerat, non habitabunt in ista terra domini, sed generaliter, non habitabunt in terra domini: quia uidelicet sicut de illa corporaliter eiecti sunt terra domini, sic spiritualiter atq; inuisibiliter dånati sunt ut animæ ipsorum non intrent in illam celestem domum domini. Quare? Quia reuersus est (inquit) Esraim in Aegyptum, id est, qui debuerant esse filij Abraham, Aegypti facti sunt, uidelicet superbientes in peccatis suis, & propter superbiam suam excæcati & indurati. Notandum, quia tertio iam in ista inuectione hoc ipsum dixit, licet uerbis aut syllabis parumper demutatis. Supra namq; dixerat, Aegyptum inuocabant, & ad Assyrios abierunt.

Sup. 7  
Sup. 8

Ac deinceps, ipsi in Aegyptum conuertentur, & oblitus est Israel factoris sui. Nunc tertio dicit, Reuersus est Israel in Aegyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. Notanda sunt etiam incrementa mali, secundum modos cuiusq; dictionis. Nam quod secundo ait, ipsi in Aegyptum conuertentur, plus est quod id quod primo dixerat, Aegyptum inuocabant: & quod tertio dicit, reuersus est Esraim in Aegyptum, plus est quod id quod secundo dicit: ipsi in Aegyptum conuertentur. Præterito namq; tempore dicendo, reuersus est in Aegyptum, consummatâ discessionē exprimit, atq; addendo, & in Assyrijs pollutum comedit, peccatū uel apostasiæ eius delectationē uehemeter coarguit. Secundum hæc dicta nimirum populus ille de malo in deterius atq; in pessimum declinauit. Quando primū de Aegypto exierant, facientes uitulū, Aegyptum inuocabant, dicentes, faciamus nobis ducē, & reuertamur in Aegyptum sed suæ uoluntati permitti non fuerunt. Quando uero peccatū illud auxerūt, & recedentes à domo Dauid, non unū tantum, sed duos uitulos fecerūt, & suæ uoluntati permitti sunt, recte secundum illud prophético spiritui dicere conueniebat, quia ipsi in Aegyptum conuertentur. Sed eius dem̄ conuersionis nondum finis erat. Adhuc enim suos ad eos dominus prophetas mittebat, adhuc lucerna Dauid reseruabat in tribu Iuda. Vbi tandem crucifixerūt Christum, illuc demum propheta intuitum intendens, iam præterito utitur tempore, dicendo: reuersus est Esraim in Aegyptum, id est, Iudæi excæcati sunt, tenebræ facti sunt, obscurati sunt oculi eorum, & sic Pharaos & Aegyptus aggrauauit cor suum, addendo: Et in Assyrijs pollutum comedit, non libabunt deo uinum & non placebunt ei. Euidenter astruit, quia quicquid ex tunc quasi sacrum Iudæi comedunt, cum Assyrijs, id est, malignis spiritibus, pollutum comedunt: quicquid ex tunc libant quicquid sacrificat, non deo placitum, sed deo est aduersum, secundum quod & per Esaiam dicit idem deus. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum: Holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinem uitulorum & agnos & hircos nolui. Ne afferatis ultra sacrificium frustra. Hæc & cætera cum dicit profecto confirmat presentem prophetiæ locum, dicentis. Non libabunt deo uinum, & non placebunt ei. Et ut exprimeret, quam pollutum comedit in Assyrijs, id est, cum spiritibus malignis, quod Assyrios solent designari, protinus ait. Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur. Apud Iudæos, cum pro mortuo sacrificium offerebat, ipsum sacrificium uocabatur panis lugentium, uidelicet propter hoc, quia pro mortuo erat oblatum, in cuius morte partem mundus. Unde & aliorum comedebat usque ad septimum diem. Est ergo sensus. Sicuti ea quæ in domo

Exo. 32  
Nu. 26.

3. Regū. 12.

Assyrii, maligni spiritus.  
Esa. 1.

Panis lugentium

in domo mortui erant, immunda fiebant, & quisquis ea comeditet aut bibisset, reputabatur immundus: sic istorum sacrificia, quæ dominus in Esaia sese odisse testatur, immunda sunt, & quisquis inde comedit, contaminatur. Quare? Quia panis (inquit) animæ ipsorum, subauditur, repositus: iuxta illud, Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: non intrabit in domum domini, uidelicet quia sacrificatur uel offertur extra gratiam domini: extra fidem Christi. Hæc propheta quasi ad circumstantes respiciens dixerat, nunc ad ipsos, quibus ante loquebatur, iterum oculos forti zelo terribiles cōuertit & dicit. **L. Quid facietis in die solenni, & in die festiuitatis domini?** Hæc sub interrogatione, ut eos euigilare faceret exclamauit, cunctisq; qui audiunt in attentionē excitatis, rursum se cōuertit, & causam reddidit, cur eos tam grauitur percunctatus sit. Ait enim. **L. Ecce enim profecti sunt a uastitate, Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos, desiderabile argenti eorum urtica hereditauit, lappa in tabernaculis eorum. Uenerunt dies uisitacionis uenerunt dies retributionis.** Tanquam diceret, Derident isti me quasi promittetem longinquū diē, dū dico: Quid facietis in die solenni, et in die festiuitatis dñi: sicut mos eorū est illudere prophetis. Exēpli gratia, sicut in Esaia dicunt, Manda remāda, māda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicū ibi, modicū ibi: Quoniā ergo nō credūt diem illū, aut certe cōtemnūt, quasi nō prope, sed longe uenturū: ecce de propinquo molestū datur illis argumentū, ut nō uacet eis dissimulare diē illū quandoq; uenturū, quē dico solennē, quē dico dñi festiuitatē. Ecce enim profecti sunt, id est, sine dubio in proximo proficiscētur à uastitate decē tribus in Assyrios, & reliquæ duæ in Babylonios. Illuc proficiscētur à uastitate, id est, hic relinquentes solā uastationem terræ, uastata enim remanebit gladio & igne. Qui superuerūt ex eis, Aegyptus cōgregabit eos, Memphis sepeliet eos. Hoc ita factum est. Reliquæ ex Iudæis interfecto Godolia, quē rex Babylonis terræ p̄fecerat, cōtra dñi p̄ceptū fugientes Chaldaeos, ingressi sunt Aegyptū: & postea (sicut Hieremias testatur lib. 1.) ibi à Nabuchodonosor interempti sunt. Memphis, cuius habitatores sepelierunt eos, ante conditā Alexandriā Metropolis erat Aegypti. Cur cum dixisset: ecce profecti sunt, subiunxerit à uastitate, satis aperit his uerbis, Desiderabile argenti eorū, urtica hereditauit, lappa in tabernaculis eorū, Longam nimirū & magnā his uerbis significat uastitatē, quia ubi erant quondā domus pulcherrimæ, desiderabiles, & desiderabili argento cōparatæ, ibi lappa ortæ sunt atq; urtica. Ab isto præsentū uel citius ueniētū malorū argumento, maiorum fidē capere poterant malorū de longinquo, ut nō liberet eos ridere uel subsannare ad percunctationē dicentis, quid facietis in die solenni, & in die festiuitatis dñi. Sane dies ille solennis, dies festiuitatis domini quis sit, manifestius aperit, cum repetit, & dicit, Uenerunt dies uastacionis, uenerunt, id est, certissime uenturi sunt dies retributionis. Siue cum singulariter diem, siue cum pluraliter dies dicit, id ipsum intendit. ¶ Etenim quod hic dies dicitur alibi dicitur etiam annus. Nā in Esaia Christus ipse dicit, Dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis meæ uenit. Dicitur etiam tempus, ut uere extitit quando dñs noster in hunc mundū uenit, quando & ciuitati, quæ illum ueniētē cognoscere noluit, flens super illam, dixit: Et non relinquent in te lapidē super lapidē, eo quod non cognoueris tēpus uisitacionis tuæ. Quod illic dicitur tēpus uisitacionis, & in Esaia annus retributionis, hic dicitur dies uisitacionis, dies retributionis. Istud tempus uisitacionis, iste dies uel annus retributionis, uisitanti domino solennis, dies est festiuitatis: quia ex tunc gloria & honore coronatus est filius hominis, & sicut in Canticis Canticorū legimus, dies desponsionis eius, dies lætitiæ cordis eius extitit: Illis autē phreneticis, qui uisitantis medici gratiā nō cognouerūt, imō repulerunt, dies est retributionis: dies interfectionis, sicut de eiusmodi die Esaia dicit, Dies enim interfectionis & conculcationis & fletuum, à dño deo exercituum in ualle uisionis. Sequitur. **L. Scito te Israhel stultū, prophetam insanum, uirum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentie tuæ.** Iterum conuersus ad eū de quo præcedentia quasi ad auditores loquebatur, consiliū illi præbere atq; sensatas cogitationes insinuare nititur. Consiliū quippe sanum est dicentis, scito te stultum, scito te insanum, scito te spiritualem, id est amentem post spiritualia nequitie euntem, spiritum erroris sequentem, istud namq; scire, uia uel principium est sapientiæ. Hoc ille de semetipso scit

Gala. 6.

Esa. 28

4 Reg. 25  
Hier. 47.

Memphis ante Alexandriā Metropolis.

Dies uisitacionis.  
Esa. 63

Lu. 19

Esa. 22.

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. III.

quem respexit, quem eruditione sua dignum iudicauit spiritus timoris domini. Hinc namq[ue] Salomon dicit. Visio quam locutus est uir, cum quo est dominus, & qui, deo secum morante, confortatus, ait: Stultissimus sum uirorū, & sapientia hominum non est mecum. Nō didici sapientiam, & non noui sanctorū scientiam. Ad magnam ergo uisionem illum excitare intendit, adhortando, ut sciat se esse stultum, quia uidelicet hæc est uisio quam locutus est uir, cum quo est deus. Hoc & Apostolus intendens. Si quis (ait) sibi uideatur inter uos esse sapiens, stultus fiat ut sit sapiēs. ¶ Nec uero abs re taliter, sed pro negotio magno illum populum admonet, quia uidelicet fere nullus gentis homines adeo delectantur uideri sapientes aut scientes & magistri, ut homines populi Israel. Iccirco spiritu superbiæ decepti, magistri facti sunt erroris, quia nolunt esse discipuli ueritatis. Inde est illud uæ quod illis dominus enunciat his uerbis. Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauim scientiæ. Ipsi non introiistis, & eos qui introierunt prohibuistis. Est igitur sensus. O Israel qui tibi sapiens uideris, qui cum multa mentis elatione prophetaisti, & prophetis suis arrisisti, dicentibus pax pax, & non uenient super uos mala: scito te & confitere stultum, scito & confitere te prophetā insanum insanias falsas secutum, scito te uirum spiritualem, id est, spiritu erroris deceptum, & hæc tibi accidisse propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter multitudinem amenitiæ tuæ. Si enim hoc scieris, si istud confessus fueris, tunc loquente tecum deo, sapiens fieri poteris, & iniquitates tuæ remittentur tibi. Quod si nunc scire nolueris, scies quandoq[ue], & sine fructu penitentiæ poenitebit te quod stultus fueris, iuxta illud sapientis. Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis, Latifati sumus in uia iniquitatis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autē domini ignorauimus. Clamauit ad Israhelem suggerens, imò & inculcans, ut sciat & confiteatur quod stultus sit. At ille pertinaciter stultitiam suam defendit, dicens quod sapiens sit. Itaq[ue] rursus ad auditores conuertitur, & conquerendo dicit. ¶ Speculator Effraim cum deo meo. profumta laqueus ruine factus est super omnes uias eius, insana in domo eius. ¶ Profumta de peccauerunt, sicut in diebus Babaa. Recordabitur iniquitatis eorum, & uisita bit peccata eorum. ¶ Magna uehementer malitiæ uel præsumptionis admiratio, dū dicit speculator Effraim cū deo meo. Quid enim est speculatore esse cū deo, nisi speculationis subtilitate cōtendere cū deo? Deniq[ue] sicut pugnare cū inimico, idē est q[uod] pugnare cōtra inimicū ita speculari cū deo, idē est hoc loco quod speculari cōtra deū. Nō enim dixit speculator dei, quod bonū esset. Hoc enim debet esse is, quēcūq[ue] deus uice sua pro animarū custodia uigilaturū posuit: sed dixit speculator cū deo quod malū est, sic enim recte denotatur ille, quicumq[ue] aliquo machinamento diuinis molitur obuiare consilijs. Hoc egit Effraim, hoc Hieroboam fecit. Dixit enim in corde suo. Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, & cōuertetur cor populi huius ad dominū suū Roboam regē Iuda, interficientq[ue] me, & reuertentur ad eū. Et excogitato consilio, fecit duos uitulos aureos, & dixit eis. Nolite ultra ascendere in Hierusalem. Ecce dii tui Israel, q[ui] eduxerunt te de terra Aegypti. Posuitq[ue] unū in Bethel, & alterum in Dan. Talis fuit speculator, & sic astute (ut putabat) speculatus Effraim, & hanc speculationē cum speculatione dei contulit, prætulitq[ue] illius consilio uel speculationi dicentis sibi. Si igitur audieris omnia quæ præcipio tibi, & ambulaueris in uijs meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem quomodo ædificauit Dauid, & tradam tibi Israel, & affligam semen Dauid super hoc, ueruntamen non cunctis diebus. Nunquid non melius se sibi providere putauit, consilium aliud excogitando sibi? Ait ergo. Speculator Effraim cum deo meo. Dicitum hoc admirantis pariter & dolentis sonat affectum. Non enim tantum dixit, speculator cum deo, sed speculator cum deo meo. ¶ Habuit & prophetas Effraim, uidelicet quales erāt illi quadringenti quinquaginta uiri, quos uno die Helias interfecit & quales postea Iehu, sacrificio simulato Baal, quotquot erant, omnes occidit. Imò & ab initio, factis uitulis aureis, sicut sacerdots, ita et prophetas Hieroboam sibimet instituit. De quibus erat ille, qui uirum dei uenientem de Iuda in sermone domini contra Hieroboam, fefellit & reduxit secum ut comederet & biberet in domo eius: propter quod cum abisset, inuenit

Prover. 30

1. Cor. 3  
Inflari sciētia  
Iudxi.

Hiere. 6

Sapientia. 7

Speculator  
cum deo

Hieroboam  
3. Reg. 12.

3. Reg. 11.

Prophetae  
Effraim  
3. Re. 18.  
4. Reg. 10.

3. Re. 13.

inuenit eum leo in uia & occidit. Cum ergo dixisset speculator Effraim cum deo meo, sub  
iunxit atq; ait. Propheta laqueus ruinæ factus est super omnes uias eius. Propheta dixit Ef  
fraim, id est, prophetas habentem. Et quia propheta illi uere insanierant, & nihil quod ad sa  
nitatem pertineret prophetabant, sed tantummodo inutilia quædam insana mente diuina  
bant, iccirco subiunxit atq; ait. Insania in domo dei eius. Quis autem erat deus eius? Vt  
q; uitelus aureus, & talis domus dei erat ea quæ fuerat uocata Bethel, id est, domus dei. Illic  
insaniam, id est, insanam prophetiam iam tunc fuisse manifestum est. Scriptum est enī sic.  
Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem uenit filius suus, & narrabat  
ei omnia opera quæ fecerat uir dei illa die in Bethel, & uerba quæ locutus fuerat ad regē,  
&c. Eiusmodi prophetia, quam illi prophetabant, recte hic dicitur insania. Quid enī insa  
nius, ut exempli gratia de eodem, quem nunc commemorauimus, aliquid proferamus,  
Quid (inquam) insanius, q̄ quod & illum uirum dei decepit, & in inobediētiā ruere fe  
cit: sciens & hoc intendens quod euenit? Exclamauit enī & dixit. Quia inobediens fuis  
ori domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi, non inferetur cadauer tuum  
in sepulchrum patrum tuorum. Item cū occidisset illum leo, & ille sepelisset eum, dixit ad  
filios suos. Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo uir dei sepultus est, iuxta  
ossa eius ponite ossa mea. Profecto enī ueniet sermo, quem prædixit in sermone domini.  
Vere iste insanus erat, taliter nequā alij, nequior sibi. Quid enī iste, nisi per insaniam semet  
ipsum occidit, suæq; animæ mortē cū morte aliena apertis perpetravit oculis? Etenī dīnsa  
ne si propterea non inferetur cadauer eius in sepulchrum patrum eius, quia inobediens fuit  
ori domini: Tibi quid fiet qui hoc scienter fecisti, quod factus es inobediens ori domini?  
Talis prophetia sic insanians propheta, laqueus (inquit) ruinæ factus est super omnes uias  
eius, subauditur Effraim, & ad illaqueandum intenti omnes erant prophetae illi, & præua  
lebant decipiēdo sub nomine prophetarum diuinando aliquid. Quid enī dicebant, nisi  
quod ille iam dictus dixit. Et ego propheta sum, similis tui, & angelus locutus est mihi in  
sermone domini? Si hoc dicendo laqueus factus est uiro dei, ita ut falleret eū & reduceret se  
cum: quanto magis populum fallebant, & super omnes uias eius laqueum deceptionis ten  
debant? Neq; enim sinebat, ut authoritatem haberet quispiam de prophetis domini, cum  
se se conferre auderet illi pseudopropheta, diceretq; & ego propheta sum similis tui. Deniq;  
q; pugno etiam interdum sibi authoritatem contrarius propheta contra prophetam domi  
ni uendicare non dubitabat: sicut alio loco scriptum est. Nunc igitur (ait Micheas) ad regē  
Achab) ecce dedit dominus spiritū mendacij in ore omnium prophetarū tuorū qui hic sunt  
& dominus locutus est contra te malū. Accessit autem Sedechias filius Chanaan, & per  
cussit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit spūs domini, & locutus est tibi?  
Iam ut ad rem summam recurrā, id est, ad tempus dominicæ passionis, quo totius pro  
phetiæ caput intendit, Tunc uere propheta laqueus ruinæ factus est, quando prophetauit  
Caiphas, quod Iesus moriturus erat pro gente. Hoc nimirū intendens populo insinuare, q̄  
nisi illum interficerent, futurum esset, ut uenirent Romani & tollerent eorum locum & ge  
rem. Sic namq; prophetando cunctos illaqueauit, & attraxit in cōsensum peccati: qd̄ uelut  
laqueus inexplicabilis & loco & genti (sicut nunc apparet) magnæ ruinæ causa exitit. Illic  
populus Iudaicus recte dicendus erat Effraim, q̄ (sicut iam superius dictum est) illic Effra  
im, id est, decem tribuum recedentium à domo David, peccata consummauit, crucifigen  
do Christum filium & dominū David. Dicatur ergo speculator Effraim cū deo meo, pro  
pheta laqueus ruinæ factus est super omnes uias eius, insania in domo dei eius. Speculatus  
est enī & quasi speculari contendit cum deo, putans q̄ consiliū dei suo destruere pos  
set consilio. Dixit enī. Quid facimus, quia hic homo signa multa facit? Si dimittimus eum,  
sic omnes credent in eum. Deus autem econtra speculari uidebat, quod si non dimitterent eum  
si omnes crederent in eum. Sed & in omnibus quæcūq; aiebat uel dicebat dominus, specu  
lator aderat ille Effraim, ille falsitatis fabricator pharisaicus liuor, ut illius admiranda opera,  
uel negarent, uel sinistra interpretatione deprauarent, & ut eum aliquando saltem in sermo  
ne caperent. Vnde Psalmista, cum dixisset: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando mori  
etur & peribit nomen eius, continuo de quolibet illorū subiunxit, Et si ingrediebatur foras, ut

Insania pro  
phetarum  
Effraim  
3. Re. 13

Laqueus ruinæ

3. Re. 22

Caiphas spec  
ulator cū  
deo  
Joh. 11.

Psal. 40.



COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. III.

videret, uana loquebatur, cor eius congregauit iniquitate sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et est sensus. Si quis illorum accedebat ad sermonem uel ad conuictum meum, ad hoc tantum accedebat ut insidiaretur mihi, & egrediens ad eos, loquebatur in idipsum, id est, secundum ipsam iniquitatem, quam cor eius congregauit sibi. Nimirum quia sic maliciose egit ille Effraim, ecce insania in domo dei eius: insania (inquam) quam totus orbis audiuit. Insanierunt enim ex tunc horribiliter sediciosi, & illam seditionem quam in Barraban latrone maluerunt hereditare, condemnato Iesu pacis principe, sic uentilauerunt intus obsessi, ut (sicut Iosephus testatur) admiratione simul & dolore facerent obsidibus Romanis. Fiebat autem hoc maxime in templo, cuius presidio firmissimo sediciosi male utebantur. Recte ergo dictum, insania in domo dei eius. Et quis erat deus eius, nisi mammon, cui seruendo, domum illam fecerant speluncam

In diebus Gabaa.

1. Reg. 8.

latronum, & in eo diu latrocinati fuerant: O inexcusabilem maliciam illorum. Profunde (inquit) peccauerunt sicut in diebus Gabaa, id est, sicut facere coeperunt in diebus Saul, qui fuit de Gabaa: quando dominus, non ignorans quantum in profundum peccati descendere coepissent ac peruenturi essent, dixit ad Samuel: Audi uocem populi in omnibus quae loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Denique non statim factum est, ut non regnaret dominus super eos, praesertim cum postmodum, amoto Saul, David illis regem dederit secundum cor suum: sed certissime futurum erat, ut quod facere coeperant, dicendo: constitue nobis regem, sicut & uniuersae habent nationes: itaque, nequaquam audiemus te rex. enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes. Hoc ipsum perficerent, negando Christum regem, & dicendo, non habemus regem nisi Caesarem. ¶ Horum quidem medium fuit, quod decem tribus recesserunt a domino David, Hieroboam, & uitulos aureos secuti, sed tota serie temporum uel generationum, unus idemque extitit funiculus peccati, quo merito deberent, domino flagellante, de templo & de regno eius eijci. Hoc est quod protinus dicit, Recordabitur iniquitatis eorum, & uisitabit peccata eorum ut uidelicet, quae admodum dixit: uenient haec omnia super generationem istam: dupliciter recordationis, & uisitationis recipiant uindictam, temporalem pariter & aeternam. Et ut manifestum sit, hoc idem intendere spiritum propheticum quod dominus intendit, dicendo (ut iam dictum est) uenient haec omnia super generationem istam, quod scilicet superiora patrum peccata portare debeant imitatores filij, repetit altius, & dicit. L. Quasi uuas in deserto inueni Israhel, quasi prima poma ficulneae in cacumine eius uidi patres eorum. Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt Effraim, quasi uuas auolauit. gloria eorum a partu & ab utero & a conceptu. ¶ Hic iam ipsa dei persona loquens in propheta, peccata ipsa quae uisitanda erant, commemorans, prius sua breuiter quod dicit, sed mirabiliter ad memoriam audientium beneficia reuocat, ut ingratitude in illorum contra quos sermo est, quilibet perpendens, admiretur cum Mose, & dicat. Generatio praua atque peruersa, haec cunctis reddis domino popule stulte & insipientes. ¶ Quasi uuas (inquit) in deserto inueni Israhel, Israhel hoc loco totum bonum, totum electum oportet intelligi. Nam e contra per Effraim, qui quasi uuas auolauit, omnes illi sunt intelligendi, qui tantummodo filij carnis & non filij sunt promissionis: quorum ideo gloria dicitur esse a partu & ab utero & a conceptu, quia in sola carne gloriantur Abraham: atque ideo non aestimantur in semine. Israhel ergo quasi uuas inueni, id est, sic super filijs Israhel credentibus in me gauisus sum, quomodo gaudet quispiam cum in transitu uel itinere dulces ad comedendum uuas inuenit. Ista inuenticio gratiae fuit. Vbi inueni? In deserto, id est, in tali loco, ubi mirum fuerit uuas nasci: ubi pro magno habendum sit, Israhel, id est, animas deum uidentes siue rectas potuisse inueniri. Desertum illud fuit, terra Aegypti, quia uidelicet desertum est terra uel gens omnis, quae deum uerum deserens, uel non habens, ab eodem iuste deserta est. Non solum autem desertum, uerum etiam

Mat. 23

Deu. 32. Israhel bonus Effraim malus

Roma. 9

locus erat horroris, iuxta illud Deuteronomij. Inuenit eam in terra deserta, in loco horroris, & uastae solitudinis. Et quidem illud quoque desertum per quod circūdūxit eos quadraginta annis, hic ualeat intelligi, sed magis horridum erat illis desertum ipsa Aegyptus, ubi seruientes in operibus luti & lateris hoc ipsum uapulabant, quod quasi desertos se esse, gementes, ad deum uociferabantur. Quod illic inuenit Israhel quasi uuas, id est, quod audiuit gemitum eorum, propter dilectionem patrum fecit: sicut scriptura testatur, ubi promissio, quia ascendit clamor eorum ad dominum pro operibus, & audiuit gemitum eorum: continuo subiunctum est. Ac recordatus est sceleris quod

Deut. 32

Exo. 5

Exod. 2



IN OSEE PROPHE. CAP. IX. Fo. XLII.

quod pepigerat cū Abraham, Isaac, & Iacob, respexitq; dñs filios Israhel & liberauit eos. Bene ergo cum dixisset, quasi uuas in deserto inueni Israhel, continuo subiunxit, Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorū. Et est sensus. Quando gemitū eorum audiui, recordatus sum fœderis qđ pepigi cū patribus eorū. ¶ Quomodo autē patres illi, uel qua significatiōe quasi prima poma ficulneæ dicant, ille locus scripturæ nos instruit, qđ Adā & Eua cū admissio pctō cognouissent se esse nudos, cōstruunt folia ficus, & fecerūt sibi perizomata. Recte nāq; genus humanū propter hoc ipsum ficulnea dicitur, quia primi patres generis humani transgressores facti, folijs ficulneæ pudenda cōtexisse noscunt. Cuius nimirū ficulneæ quasi prima poma fuerunt patres eorū, quia uidelicet primis seculi tempore (inquit) inueni patres eorum. Quanto meliora sunt folijs poma, tanto utiliores cetera multitudine hominū inueni patres eorū. ¶ Etenim qđ non sine gemitu recolendū est, ficulnea hæc multū in folijs luxuriata est, multa cito folia dilatauit, pauciora uero poma tardius protulit. Homines quos more suo natura produxit extra benedictionē uel grām creatoris dicitis: Crescite & multiplicamini, & ad illam pertinentēs irā, qua mulieri post admissum peccatū dixit: Multiplicabo æumnas tuas & cōceptus tuos, huius ficulneæ non poma, sed folia sunt. Porro, filij benedictionis poma sunt eiusdē arboris, & patres Israhel (de quibus iā dictū est) quasi prima poma fuerunt in summitate arboris: qđ pro merito primæ fidei principatū obtinēt, & summi sunt in uniuersitate generis humani. Ipsi autē (inquit) intrauerunt ad Beelphegor. Non solū hoc fecerunt, sed inter oīa quæ fecerūt hoc fuit turpissimū, qđ spiritū fornicationis seducti per mulieres Madian initiati sunt Beelphegor, quē latini nuncupant Priapū. Et hoc facientes abalienati sunt (ait) in cōfusione, id est, alieni facti sunt, & non filij patrū talium quos uidi, quos cognoui, quos elegi, ut essem deus eorū: et ab illa gloria traherentur in cōfusione, in ignominiam dei sui, uentris sui, & eorum quæ sub uentre sunt, comedendo sacrificia mortuorū & fornicando cū mulieribus, quæ illos ad sacrificia sua uocauerunt. Vis scire quantam in cōfusione abalienati sunt? Et facti sunt (ait) abominabiles, sicut ea quæ dilexerūt. Ergo facti sunt sicut Beelphegor, ad quem intrauerūt. Et reuera sic facti sunt, testante alio propheta, cū dicit de simulachris eiusmodi. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Et notandū quod neq; iste dixit, & facti sunt abominabiles sicut quæ fecerunt, sed sicut ea quæ dilexerunt: neq; ille tantummodo dixit, sicut miles illis fiant qui faciunt ea, sed addidit, & omnes qui confidunt in eis. Talis unusquisq; est, quale illud est quod diligit, uel in quo confidit, & hoc adeo uerum est, ut qui deum diligunt uel qui de deo confidunt, autoritate sanctæ scripturæ dicantur etiam dñi uel filij dei. Ceterum si quis faciat iniquitatem & non etiam diligit, nondū recte dicitur abominabiles sicut illa quæ fecit. Potest enī fieri, ut recuperet honestatem & beatitudinem, deo contempe-  
 te mala eius facta, iuxta illud Psalmistæ. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum  
 recta sunt peccata. Nomen eorum qui dilexerunt male quæ fecerūt, confestim exprimit,  
 dicendo. Effraim quasi auis auolauit. Etenim peccata Effraim, id est, Hieroboam qui fuit  
 de tribu Effraim, tempore illo erant uitali aurei, & peccata illa sic dilexerunt, ut ne unus qđ  
 dem de regibus decem tribuum recesserit ab eis, atq; iccirco cuncti quicunq; uel prius uel  
 posterior fuerunt, suā diligentes iniquitatem, recte hic denotantur nomine Effraim. Et uis  
 de qualiter opposuerit, Israhel quasi uuas inueni (inquit) & patres eorū quasi prima poma  
 in cacumine ficulneæ uidi. Effraim autē quasi auis auolauit. Secundū similitudinem hanc  
 saepe contingit in eadem uite, qua dependet uua, super eandem ficulneam in qua dulcia in-  
 sunt poma, pierunq; auis sedet sibi, sed longe aliter ad uorum uel cōmodū agricolæ p-  
 pius accedentis. Deniq; uua pomumq; manū eius expectat, ut carpat & in os suū mittat,  
 auis autem exiliens euolat. Sic nimirū Effraim, quicunq; ille est filius carnis non promissio-  
 nis, non expectauit manū domini, non uoluntati eius paruic: sed indomitus effugiens,  
 regem suū Dauid dereliquit, Christum filium Dauid denegauit. Israhel autem, quicunq;  
 qđ extitit filius promissionis, radici bonæ inhærens, atq; inde trahens amotis pinguedinem  
 qđ extitit filius promissionis, radici bonæ inhærens, atq; inde trahens amotis pinguedinem  
 perstitit & tanquam uua, uel ut pomum ficulneæ, colligentem atq; eligentem dominum  
 delectauit. In quo gloriatur uua ista uel pomum istud socium radicia, quod portat illa  
 paternæ

Ficulnea ge-  
 nus humanū  
 Gene. 3.

Plura folia qđ  
 poma huius  
 ficulneæ

Beelphegor  
 Priapus est,  
 Num. 27

Psalm. 113

Psalm. 81.  
 Iohan. 10

Psalm. 31.

Effraim]

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. IIII.

paternæ fidei radix, in eo gloriari nequaquam illa poterit auis, ille uolatilis & refuga Esfraitim. Sed quid? Gloria eorum (inquit) à partu & ab utero & à conceptu. Et est sensus. In eo gloriatur quod secundum carnem semen sunt Abrahamæ, quod secundum carnem semen faciunt in Israhel, quod uxores eorum multum pariunt, quod uteri nuptiarum steriles non sunt, quod conceptus eorum multiplices sunt. In huiusmodi gloriatur & dicunt. Semen Abrahamæ sumus, pater noster Abraham est. **L. Quod & si enutrierint filios, absque liberis eos faciam in hominibus.** **I. Ac si dicat.** Gloriantur ipsi, tanquam commodi, & multum prole sua conferentes Israheliticæ carni, sed palam faciam, quod non delecter ego in multitudine filiorum, qui non promissionis uel fidei, sed tantummodo odo carnis sunt filii. Nam & si enutrierint & educauerint, si usque ad adolescentiam, & usque ad iuuenile robur, gloriam partus, gloriam uteri & conceptus sui perduxerint: faciam ut absque liberis sint, ut cadant in gladio filii coram parentum oculis, nullorum quod genuisse filios, illis potius optabile sit. Non autem isto contentus ero. **Sed & uos esse cessero ab eis.** **I. Ac si dicat.** Non solum hoc malum erit eis, ut fiant absque liberis, ut cadant in ore gladii materialis filii, quos enutrierint: sed postquam sic recessero ab eis, postquam sic tradidero illos in manu hostili, sequitur adhuc uox, id est, iudicium æternæ damnationis, iuxta quod & Psalmista, cum dixisset: Tradentur in manus gladii, confestim addidit, partes uulpium erunt. Idem enim est, ac si diceret: Corpora illorum gladii, animæ uero tradentur spiritibus malignis. Quia ob causam? Ait. **L. Esfraitim (ut uidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine.** **I. Et est sensus.** Idcirco tam terribile portabunt iudicium, corpore & anima dānati, quia peccatum eorum non ex ignorantia uel infirmitate procedit, sed ex superbia quam per Tyrus notum est significari. Exēpli gratia, cum ad Ezechielē dñs dicit: Fili hominis dic principi Tyrus. Hæc dicit dñs deus. Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti, deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cum sis homo & non deus, & dedisti cor tuum quasi cor dei. Et subinde. Hæc dicit dñs deus. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia: & perfectus decore in deliciis paradysi dei fuisti. Cum ergo promittens, absque liberis eos faciam in hominibus, sed & uox eis, cum recessero ab eis, statim subiungit. Esfraitim Tyrus erat, fundata in pulchritudine, miro modo iustæ damnationis causam reddit sufficientem, id est, superbiam magnitudinem. **I. Et recte per Tyrum uirtutem designatur peccatoris superbiētis, peccata sua defendentis: quia uidelicet sicut Tyrus circumuallata mari, non sine periculo pugnantium poterat impugnari: ita quicumque eiusmodi est, non sine periculo redarguentium solet redargui: ut hic idem populus, qui redarguetes prophetas & ipsum dñm prophetarum occidit. Et notanda qualitas distinctionis, cum dicit: Esfraitim (ut uidi) Tyrus erat. Idem est ac si dicat, Esfraitim in oculis meis superbus apparebat. Grauius namque denotationis est, superbum quemque dici in oculis dñi: sicut e contra humile esse uel dici in oculis dñi, magnæ approbationis est. Porro, pulchritudo est de qua dicit, fundata in pulchritudine: falsa est & uana, qua superbi omnes sibi met pulchri uident, dum suas sordes cognoscere dedignant: quin & irasci solent, dum illis à corripiente, quod sordidi sint, aliquo modo suggeritur. Sic Tyrus fundata est, sic sibi stare uidetur, quod superbus & arrogans est. Propterea iustum est Esfraitim pati id quod iam dictum est. Et hoc ipsum repetitur, cum protinus subiungit. **L. Esfraitim educit ad interfecionem filios suos.** **I. Ac si dicat.** Propterea, sicut iam promissum dicens, absque liberis faciam eos: ita nunc repetens dico. Esfraitim educit ad interfecionem filios suos, id est, interficiendos & morti destinatos generat filios, imò & ipse interficit eos malo exemplo, ut perinde interficiatur gladio. Sequitur. **L. Ba eis dñe. Quid dabis eis? Ba eis uulua sine liberis, & uerbera arantia.** **I. Mira in clamatio, mira postulatio.** Audierat propheta magnam iustæ sententiæ seueritatem, iustam filiorum interfecionem: & mirabiliter infelicium parentum miseratus angustiam, exclamauit & dixit. Da eis dñe. Statimque sermone nondum peracto, datum quod querit dolenter apud semetipsum ppendens percipitur & dicit. Quid dabis eis? Quid uolo ut des illis? Numquid ut salui sint? Nunquid ut uox non sit illis, aut ut uiuant cum liberis? Non utique tale quid postulare ausus sum, sed da eis uulua sine liberis & uerbera arantia. Quare? Nimirum quia dies illi tales erunt ut dicant: Beata steriles & uentres quæ non genuerunt, & uerbera quæ non laetauerunt. Hoc sciens ipse dominus, cum ad crucifigendum duceretur, dixit mulieribus, quæ plangebant eum, & lamentabantur: Filia Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete & super filios uestros: quoniam ecce ueniet dies in quibus dicet:**

Beata

Gloria Iudeorum in partu

Iohan. 8

Psal. 62.

Ezech. 28

Tyrus superbia symbolum.

Pulchritudo uana superborum

Luca. 23.

IN OSEE PROPHE. CAP. IX. Fo. XLII.

Beata steriles & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Itaque iccirco da eis uulua domine sine liberis, quia beati uentres qui non genuerunt: & iccirco da eis ubera arentia, quia beata ubera quæ non lactauerunt. O infelix fecunditas, & fecunda infelicitas: cuius in cõparatione sterilitas, quæ in illa gente pro maledictione reputabatur, beatitudo est. Hæc interlocuto propheta, ratione sua profequitur in sua persona diuina maiestas, & dicit. Omnes nequitie eorum in Galgalis, quia ibi eos exosos habui. I supra dixerat: Væ eis cū recessero ab eis, &c. nunc dicit: Omnes nequitie eorum in Galgalis. Et est sensus. Nõ mireris ð propheta, nec tibi plus iusto dura uideatur sententia siue ultio nimis festinata, quia nequitie eorum quæ uindicantur, propter quas sententia profertur, non nouæ sunt, sed in ueterauerunt: & ab antiquis diebus semper in peius profecerunt. Peius namq; in Galgalis q̄ in Bethel idola coluerunt, quia uidelicet idolum uitulinum in Bethel coluerunt temporibus Regum: sed supra iam temporibus Iudicum in Galgalis nequiter egerint, habendo illic idola, sicut scriptum est in libro Iudicum. Cũq; obtulisset Ahoth regi Eglon la, uerbũ (ait) secretũ habeo ad te ð rex. Et post pauca Ahoth autẽ, dum illi turbarentur, au fugit, & pertransiit locum idolorũ unde reuersus fuerat. Et pulchre dictũ, quia de loco idolorum, id est de Galgalis, reuersus fuerat: animo quippe idolatriã, quã sectabatur Israhel, reliquerat. Et miro modo ante hæc in eodẽ libro scriptũ est. Ascenditq; angelus domini de Galgala ad locũ stentium, & ait. Cur hoc fecistis? Deniq; iccirco de Galgala, ubi erant idola, sicut iam dictũ est, angelus domini ad eos ascendisse dicitur, ut subintelligas eũ ad uidentas nequitas descendisse illuc eodẽ descensionis modo, quo alibi dictũ est. Clamor Sodorum & Gomorra multiplicatus est, descendam & uidebo utrũ clamorẽ, qui uenit ad me, opere cõpleuerint, an non est ita, ut sciam. Præterea regẽ sibi fecerunt Saulẽ, cõtra uoluntate dñi, & cũ dñs non lætaretur in eis, imò diceret ad Samuelem, non te abiecerunt, sed me, nõ regnẽ super eos: iuxta omnia opera sua q̄ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto usq; ad diẽ hanc, sicut dereliquerunt me, & seruiẽrunt dñs alienis, sic faciunt etiam tibi: ipsi tantũ cõtenentes offensionẽ siue cõquæstionẽ dñi, lætabatur, sicut illic manifeste scriptũ est. Et imò molauerunt ibi uicissimas pacificas corã dño, & lætatus est ibi Saul, & cũ cõtra uiri Israhel nimis Vere nimis, quia nimis est hoies lætari cũ malefecerint, & exultare in rebus pessimis: sicut lætabantur hi cũ tã male fecissent, ut dñm abijcerent ne regnaret super eos. ¶ Vnde & hoc ualde notandũ, quia lætitiã taliter lætantiũ ibidẽ in cõfusionẽ uersa est. Illic em̄ Saul p̄x sumptuose cõtra legẽ, qui nõ erat de tribu Leui, holocaustũ obtulit, & propter hoc audire meruit. Nequa q̄ regnũ tuũ ultra confurget. Quæ sicut dñs sibi uirũ iuxta cor suũ, & præcepit ei dñs ut sit dux super populũ suũ, eo quod nõ seruaeris quæ p̄x cepit dñs. Igitur nõ nouæ sunt nequitie, propter quas nõc prædico uæ illis, quia iam dudũ istæ illorũ nequitie fuerunt in Galgalis, & ibi lætati sunt in rebus pessimis. Et iccirco nõ plus iusto festina nõc est sententia iudicantis: quia sicut lætati sunt in malis, ita nõ desinent lætari, donec loquatur super me labijs, & moueant capita sua, dicentes: Vah qui destruit templũ dei, &c. Ibi (inquit) exosos eos habui. Vbi: In ipsis nequitijs, quia sic nequiter egerunt & agunt, ut etiã exultent in rebus pessimis. L. ¶ Propter maliciã adinventionũ eorum de domo mea eijciam eos: nõ nã addam ut diligam eos. I Hoc iam tertio factũ est. Prius namq; in Assyrios de cẽ tribus eiecit dñs de domo sua, id est de Bethel, qđ interpretatur domus dei, quod nomen Iacob urbi imposuit. Hieroboã uero fecit illã esse domũ idoli, ponendo illic unũ de uitalis aureis. Deinde tribũ Iuda eiecit de domo sua, id est de tẽplo, qđ erat in Hierosolymis, & in Babylonẽ transmigrare fecit. Verũ tamẽ tũc addidit, ut diligeret eos: reduxit em̄ eos soluta captiuitate post septuaginta annos. Porro, iã tertio sic eiecit eos de domo sua, ut hoc ipm̄ terribili signo significare dignũ duceret, cũ flagello eijciẽs uedẽtes et emẽtes de tẽplo, dicẽs eis: Scriptũ ẽ, domus mea domus orõnis uocabit, uos autẽ fecistis illam speluncã latronũ. Ita eiecit illis, postmodũ (sicut illic significatũ est) ut caderent in ore gladii, & captiui ducerentur in oēs gentes, nõ addã (inquit) ut diligã eos, quia uidelicet cũ sic in presenti puniantur, nõ eueniet illis remissio saltẽ in futuro seculo. Sciendum autem quia de domo sua neminẽ deus eijcit, nisi cum quis sponte sua mente auersa, recedit. Sequitur ergo, & causam dicit, cur de

Galgala, ues  
tus idolorum  
locus  
Iud. 3

Iud. 2

Gene. 18

1. Reg. 11

Prouer. 2

1. Re. 13

Math. 27

Mat. 27

Ioh. 28

domo

domo sua sese illos eijcere præ dixerit. **L** Omnes principes eorum recedentes. Idem em est ac si dicat. **I**ccirco de domo mea eijciam illos, quia principes eorum omnes recedentes sunt. **Esa. 29.** Omnes animo recesserunt, & quavis labijs me honorent, cor eorum longe est à me. Et quod de regibus decem tribuum palam scriptura refert, quia omnes recedentes à deo fuerunt: malus enim illorum recessit à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Porro, de scribis & pharisæis & principibus sacerdotum, quod uere recedentes fuerint, deus ipse iudex fuit & testis: dicente saluatore: **Lu. 16.** Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra, & cætera huiusmodi. Itaque si queris, cur de domo sua illos deus eiecerit, cur in ecclesia uel in domo dei non sint recepti, dicit tibi: quia omnes ipsi recedentes sunt, id est, quia priusquam corpore uisibiliter eijcerentur, mente recesserunt, animo longe fuerunt: & iccirco etiam corporaliter eiecti sunt, & ipsa (quæ sola diligebat) terrena domus dei lucra uel comoda perdiderunt. His dictis, & tali causa reddita, confestim sententiã quam præscripserat, confirmat: reperens ita. **L** Percussus est Esraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient. Quod & si genuerunt, interficiam amantissima uteri eorum. Abijciet eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. **I** Quod enim supra dixerat, quod & si enutrierint filios, absque liberis eos faciam in hominibus, idem nunc repetit dicendo, quod & si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum. Porro quod ait, percussus est Esraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient: multum erat secundum sensum ipsorum, ut superius dixerat, gloria eorum à partu est, & ab utero, & à conceptu. Dum enim gloriatur in carnis fructu, & multiplici partu siue conceptu contendunt non impleri in se quod nunc ait, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient. Cum ergo hoc dixissent, recte & opportune, quasi dicta corrigens, sententiãque integrã perficiens, continuo subiunxit. Quod & si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum. Ac si dicat. Quamdiu genuerunt, & fructum uentris multiplicãt, uidetur eis quod fructum faciant: non putant quod radix eorum exiccata sit, uel quod sint percussi ferro abscisionis, & de terra uiuentium eradicati: sed amantissimorum occisione filiorum discrutati, clamabunt & dicent, quod filios non genuisse melius fuisset sibi. Hæc deo dicente, statim in sua persona propheta, ueræ ac iustæ sententiæ testis consonat & dicit. Abijciet eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Quibus utique uerbis utranque damnationem exprimit, de qua iam superius dictum est: quia uidelicet & secundum animam regno dei priuati sunt, quos deus abiicit: & secundum corpus captiui, suoque loco expulsi, qui uagi sunt in nationibus, iccirco quia non audierunt eum, id est, non quia non intellexerunt, sed quia intelligere noluerunt. Sequitur: **L** Uitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit sibi altaria, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris. **I** Supra dixerat, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient: nunc autem dicit uitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Et exponens quid dixerit, fructus adæquatus est ei, subiunxit atque ait. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris. **E**rgo ubi dicit, fructum nequaquam facient, subaudiendum est, bonum: & exiccata est radix eorum, subauditur ab omni pinguedine fidei uel dilectionis dei: hic autem ubi nunc dicit, uitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, subauditur malus. Fructus namque malus altaria sunt multiplicia, simulachra exuberantia, fructus ille, cuius secundum multitudinem altaria uel simulachra multiplicauit, altaria subiungens, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris, fructus iste, scilicet ubertas terræ in rationibus diuinitatis nec bonus est nec malus est: sed utriusque, scilicet boni & mali medius, uidelicet qui boni fructus, id est, bonorum meritorum, quædam temporalis merces esse debuerit: sed per prauitatem male utentium quoddam malorum operum instrumentum factus sit. Proinde suapte natura in iudicio diuinitatis neque malus neque bonus iste fructus meretur addici, sed (sicut iam dictum est) utriusque scilicet boni ac mali medius: ille autem, de quo dixerat nequaquam fructum facient, sine dubio bonus: & ille, de quo subiunxit, fructus adæquatus est ei, secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria: sine dubio fructus intelligitur malus. Fructus bonus & fructus malus mixta inuentione discernitur in **Esaia**, dum in illo dicit deus de ista uite frondosa. Et expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitia, & ecce clamor. Et quod quo tempore uitis hæc frondosa, scilicet Israel, a domo David recesserat, non ualde multorum deorum altaria enarratur fecisse

CAP. X.

Duplex fructus, bonus scilicet & malus.

fecisse sibi siue simulachra: nisi tantū uitulorū duorū, quorū alterū posuit in Bethel, & alterū in Dan, sed hoc ipsum iure multiplicatis arguitur, quia multū est, extra unius dei altare habere uel unū altare aliud. Sic eo tempore quo in tantū recessit à domo Dauid, ut ipsum crucifigeret filiū Dauid, nō alios legitur habuisse deos, quinimō de unius ueri dei cultu plurimū superba religione gloriabatur, sed in hoc altariū atq; simulachrorū multiplicitas recte condemnatur, q̄ ueri & summi sacerdotis Christi secundū ordinē Melchisedech, altare uel sacrificiū refugiens, altare aliud, altare suū, & sacrificiū sanguinis hircorū & uitulorū sibi obfirmavit, nimirū intendens auaritiā, quā est simulachrorū seruitus. Porro, fructū suū uitis hęc in eo male sibi adæquauit, qđ secundū amaritudinē radicis siue cordis sui aceto, siue uino myrrhato sitientē in cruce potauit. **L. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.** Recto & ualde iusto iudicio cor eorū diuisum est, qui seipso à deo diuiserunt. Palā ex historie Regū serie cognoscitur, q̄ uere, q̄ multipliciter cor eorum diuisum fuerit, ex quo diuiserunt sese à domo Dauid: quippe qui fere decies contra semetipso diuisi, reges alios, percussis alijs, sibi locauerunt, & tandē iuxta uocē hanc prophetica (nunc interibunt) in captiuitatē irreuocabilē ducti sunt. Porro, tempore illo quo semetipso à uero Dauid, id est, à filio dei diuiserūt mirū dictū est qđ crudelē discordia contra semetipso diuisa fuerit multitudo Iudæorū: sicut miserabilis excidiū illoꝝ tragedia testatur, Iosepho scribente, per totū uulgata mundum. Multo quippe crudeliores sibi met per impacabiles seditiones intus extiterunt, qđ esse potuerit foris obsidens exercitus Romanorū. Et reuera iuste, quia principē pacis Iesum condemnantes, Barraban sibi præelegerant seditionis authorē. Illos ergo prophetalī oculo p̄uidens, breui quidē, sed alta declamatione, iustā in illos depromit dei sententiā, diuisum est (inquiens) cor eorū, nunc interibunt. Diuisionē namq; cōsequitur interitus, iuxta illud: Omne regnū in seipsum diuisum, desolabit, & domus supra domū cadet. Interitū atq; ruinā regni siue cordis eorū diuisi, sequentibus uerbis exprimit, ita dicens. **L. Ipse confringet simulachra eorum, & depopulabitur aras eorum.** Hoc & tunc de prope factū est, quando Assyrijs captiuantibus depopulatione merita uastati sunt: & tunc de longe futurū erat, quando uenientes Romani tollerent & locū & gentē eorū. Tunc em̄ contracta sunt durissima contractio simulachra eorum. Et notandum, qđ non dixit: Hostilis exercitus confringet, sed ipse scilicet deus meus, qui (ut supra dictū est) abijciat eos: confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. ¶ Non uult deus, ut homini attribuat, quando per hominē secundū merita peccantiū uindicta diuinitatis exercetur. Sed & si quis sibi met attribuit, quod deo permittente contra populū dei quicquam facere præualuit, ipse cœlestē contra semetipsum indignationē magis adducit, sitq; interdū, ut propter hoc ipsum minus nocere possit. Vnde in cantico Deuteronomij, cū dixisset, cessare faciā ex hominibus memoria eorū, continuo subiunxit. Sed propter iram inimicorū distuli, ne forte superbirēt hostes eorū, & dicerēt. Manus nostra excelsa, & non dñs, fecit hęc oia. Assur ille, per quem tunc temporis deus confregit simulachra eorū & depopulatus est aras eorū, sibi met arrogauit quod sua hoc uirtute fecerit, & iccirco dicitur in eum cum indignatione dei. **Væ Assur, Virga furoris mei & baculus ipse, in manu eius indignatio mea.** Super hoc ille gloriabatur quasi omnia suis faceret uiribus, & iccirco postmodū dicitur contra eū. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur ferra contra eū, à quo trahit? Dicebat em̄, quemadmodū idem propheta præmisit. In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorū, & principes eorū depredatus sum. Nimirū ita gloriando, sic se exaltando, cœlestē (ut iam dictū est) super semetipsum indignationē adduxit, quæ protinus intentatur in eū uerbis istis. Propter hoc mittet dominator deus exercitū in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloria eius succensa ardebit quasi combustio ignis. Cum igitur sic uehementer sermo propheticus enunciat. Ipse confringet simulachra eorū, & depopulabitur aras eorum: idem esse intelligamus ac si dicat, non manus hostiū excelsa, sed dñs fecit hęc omnia. Ipse & tunc per Assyrios confregit & depopulatus est. & deinde per Romanos contracturus erat simulachra eorū & depopulaturus aras eorū, quia à domo Dauid recesserunt: quia filiū Dauid Christū crucifixerunt. Quā ob causam? Ait. **L. Quia nunc dicent, non est rex nobis.** Non enim timeamus dominum, & rex quid faciet nobis? **H. bis.**

Ephe. 5.

Iudæorū diuisio inter sese.

Math. 12.

Regula notata digna contra superbiā.

Deut. 32.

Esa. 10.

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. III.

Contemptus & contumacia ludæorum  
 3. Reg. 12  
 Luc. 19  
 Iohan. 19  
 Iohan. 17  
 Signa pseudoprophetarum inutilia sunt.  
 Apoc. 13  
 Math. 11  
 Esai. 28  
 Deut. 29

bis: ¶ Grandis nimirum & uehemens causa damnationis est, quia dicere, non est rex nobis, & hoc peccantium conscientia dicere: non enim timemus deum, id est propositum habemus non timere deum, & pinde cum tumore cordis effari, rex quod faciet nobis: quem admodum dixerant prius, quod pars nobis in Dauid, uel quod hereditas in filio Isai. Sicut enim hoc illi dixerant, sic & sequaces illorum aduersus uerum Dauid dicturi erant. Nolumus hunc regnare super nos. Hoc enim aptus uocabus proclamauerunt, ita ut dicente Pilato, regem uestrum crucifigam, responderunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Profecto hæc dicentes pariter quoque dicebant, non enim timemus deum, id est propositum habebant non timere deum, non portare timoris eius iugum, sed contumaciter diripere, & proicere omnia uincula sanctorum eius mandatorum. Nimirum ubi conscientia rebellis sese tali, & tanta presumptione induit, consequereba ut diceret etiam hoc, & rex quod faciet nobis? Consequereba namque ut regem contemneret dei filium, quibus propositum est non timere deum. Neque enim non ignorauerunt, sed contempserunt & oderunt. Unde ipse rex, reprobatus ab eis, dicitur, & rex quod faciet nobis, cum dixisset, si opera non fecissem in eis quod nemo alius fecit, peccatum non haberent, continuo subiunxit. Nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Propter hoc ecce ipse destruxit simulachra auaritiæ eorum, & depopulatus est templum & altare eorum. His dictis itaque quod loquebatur de ipsis, conuertitur ad ipsos & dicit. Loquimini uerba uisionis inutilis, & ferietis fœdus, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Manifestum est hic, cum dicit, loquimini, non imperium uolētis, sed permissionem esse indignantis: & auersionem dimittētis, ut sit sensus. Iam docedi non estis quod utile sit, siue monedi ut uerba loquamini: uos enim non per ignorantiam errado inutilia loquimini, sed scientia & cum profundo malignitatis consilio mendacia construistis, & arrogatia deprauati prophetis de cordibus uestris, uera autem & utile prophetiam intelligere non uultis. Loquimini igitur qualia potius uos eligitis, loquimini uerba uisionis inutilis: nam utilia uerba loqui uel signa facere quod profint, neque uos queritis: neque datum aut promissum est uobis. ¶ Sciendum quippe de pseudoprophetis, quod & si aliquando futura diuinant, nihil tamen utile prophetant, & licet nonnulla signa & prodigia fecerint uel facturi esse legantur, nihil tamen utilitatis aliquod eorum signum habere comprobatur. Unde & Iohannes in Apocalypsi cum dixisset, & fecit signa magna, & seducit habitantes in terra propter signa quod data sunt illi facere in conspectu bestiarum. Eandem signorum magnitudinem uanam totamque inutilem fore insinuans, determinando sic ait. Ita ut etiam igne faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. Quid enim utilitatis habet, igne in conspectu hominum uel super homines de aere ministerio demoniaco cadere? Eiusmodi signa non sunt illius generis, cuius illa quæ nobis dominus in semetipso designauit, eutes iniquis renunciate Iohanni quæ audistis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant. Hæc utilia sunt, sicut & uerba ipsa, quibus propter hæc eadem signa iustum est credi: uos autem de prophetarum uulgo (quod Hieroboam fecit, quod Esdraim coluit) loquimini uerba uisionis inutilis, quoniam ita uultis, & ferietis fœdus: subauditur nequaquam cum deo, sed cum mendacio, quem admodum & Esaias talibus illusoribus dicit. Dixistis enim. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protectionem. Huiusmodi fœdus ferietis, & propter hoc germinabit quasi amaritudo iudicium, ut uis delicet fœdus uestrum deleatur, & in inimicitias impacabiles conuertatur, fiatque uobis sicut ibidem apud eundem Esaiam dominus dicit. Et subuertet grando spem mendaciam, & protectionem aquarum inundabunt. Et delebitur fœdus uestrum cum morte, & pactum uestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcatione, &c. Hoc iudicium germinabit fœdus uestrum (ait) quasi amaritudo, id est, ut uere amaritudo, ut uere amara radix, iuxta illud Moysi. Ne forte sit inter uos uir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auersum est, ut uadat & seruiat dominis gentium, & sit inter uos radix germinans fel & amaritudinem seruitutem deorum alienorum, & Moyses radice dixit esse generantem, fel & amaritudinem: Et iste, cum dixisset, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri, ut uidelicet remaneant in cultu, cultoribus in captiuitate ductis, continuo subiunxit. ¶ Glaccas Bethauen coluerunt habitatores Samarie. ¶ Nam hæc est amaritudo germinans iudicium. Hæc est radix (ut ait Moyses) germinans fel & amaritudinem. Ad auditores rursum sese conuertit sermo propheticus, miro modo

miro modo clamans causam, propter quā Iſrahel iudicetur. Vaccas (inquit) Bethauen co-  
 fuerunt habitatores Samariæ. **L** Quia luxit super eum populus eius, quæ migravit ab  
 eo. Siquidem et ipse in Aſſur delatus est minus regi ultori. Confusio et Iſrahel ca-  
 piet, et confundetur Iſrahel in voluntate sua. **I** Cū irriſione nō uitulos sexus masculi-  
 ni, sed uaccas, id est fœminas appellauit, ut uidelicet Iſrahel nō solum deos uitulos sed deas  
 uaccas coluerit. Nec dixit tantū uaccas coluerūt, sed uaccas bethauē coluerunt. Magna  
 quippe distinctio uaccarū est earū quæ figi poterāt in bethauē, id est in domo Idoli, & earū  
 quæ gradiūt in armentis & spatiātur in pascuis. Iste nāq; uaccę uiuūt & sentiūt, illę aureæ  
 siue ex alio quocūq; metallo formatæ, nō solum insensibilia, uerū & inanimata simulachra  
 sunt. Constat autē quia corpore inanimato corpus animatū uiuens & sentiens longe præ-  
 stātius est. Pulchre igitur & uehementer redarguit nimis depressam hominū stulticiā, dicē-  
 do, uaccas bethauen, id est uaccas nō saltē uiuentes & laetis alimoniā præstantes sed inani-  
 matas uaccarū similitudines coluerūt. **¶** Notandū & hoc, quia nō dixit, coluerūt reges Sa-  
 marię, sed coluerūt habitatores Samariæ. Colere nāq; recte dicitur, q̄ sua uolūtate et animi  
 diligentia celebrat & adorat siue ueneratur. Non ergo populū excusabilē uideri sermo hic  
 propheticus patitur, cū dicit, uaccas bethauē coluerūt habitatores Samarię. Hoc enim nō  
 proprie dictū esset aut dici posset, si regibus uitulos colentibus metu tantū & non propria  
 fuissent obsecuti uolūtate, si inuiti paruissent & nō sponte cōsensissent. Et unde cōstat q̄ ha-  
 bitatores Samariæ uaccas illas coluerūt? Ait, Quia luxit sup̄ eū populus eius. Ut ostende-  
 ret uaccas Bethauen, unū in Bethel uitulū sentiendū, nō intulit, luxit super eis populus, sed  
 super eo, id est, uitulo aureo. Quādo uel quā ob causam luxit populus super eos? Videlicet,  
 quia tēpore necessitatis & angustię uituli quoq; aurei inter munera cætera regibus Aſſy-  
 rijs directi sunt. Legimus in Regū uolumine, regē Iſrahel Manahen regi Aſſyriorū Phul  
 misisse argenti talenta mille, ut ei præberet auxiliū. Inter quæ nonnulli arbitrantur etiam  
 uitulos aureos esse directos. Et ut sciamus (inquiunt) hoc esse quod dicimus, perspicue se-  
 quens uersus ostendit. Siquidē ipse in Aſſur delatus est minus regi ultori. Iccirco populus  
 luxit, qui utiq; non lugeret nisi uolens, nisi cū amore magis q̄ pro regum timore tali idola-  
 triæ deseruisset. Cum ergo dixisset, uaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, ut cō-  
 firmaret eos reuera uitulum coluisse, uoluntarie uitulo deseruisse, causam reddidit non fir-  
 mam, dicendo, quia luxit super eo populus eius. Consequitur em̄, quod cum amore posse-  
 derint uel habuerint qui luxerunt, quando ablatus est eis. Populus eius, subauditur uituli,  
 nō sine magno improprio dicitur, qui debuerat esse unius ueri dei populus. Porro, & hoc  
 tradunt Hebræi, quod à sacerdotibus uituli aurei furto sublati, & pro his ænei deaurati fu-  
 erint repositi. Cum igitur lugeret populus tempore necessitatis & angustię, sicut iam dictū  
 est, uitulos aureos regibus Aſſyrijs esse directos: exultabant æditui, quod fraus eorum ne  
 quāq; potuisset argui uel deprehendi. Hoc est quod continuo subiungit. **L** Et æditui eius  
 super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. **I** Lugente populo exul-  
 tabant æditui in gloria eius, subauditur populi, hoc est in uitulo quē habebant pro gloria,  
 nam gloriam incommutabilis dei cōmutauerant in similitudinem imaginis corruptibilis,  
 non hominis, sed uituli. **¶** Et quæ pars uitæ detestabilior habetur, populus ne qui luxit su-  
 per uitulo tanq̄ super deo sibi ablato, an æditui uel sacerdotes qui exultauerūt, eo q̄ non es-  
 set deprehensum furtū quod fecerant in illo tali deo? Profundius barathrū damnationis me-  
 rito illis oribus illis arbitramur destinatū, quia populares forte errādo luxerunt, illi autē irri-  
 dendo, in rebus pessimis exultauerunt, quia migravit ab eo, id est, à populo. Et est sensus.  
 Exultauerunt quod migrasset, quod sic Aſſyrijs regibus datus esset, quasi iam ultra depre-  
 hendi non posset, utrū aureus an æreus esset. Sed quid deinde? Confusio (inquit) Effraim  
 capiet, & confundetur Iſrahel in uoluntate sua. Postq̄ em̄ in Aſſur pro munere uitulus ue-  
 lut aureus delatus est, deprehensa fraus regi Iſrahel literis indicatur: & unde se placere æsti-  
 mauerunt, inde uel maxime confundantur, & offendunt eos, quibus munera miserant, æsti-  
 mantes non furto sacerdotū, sed fraude regū atq; consilio hoc esse perfectū. Inde confusio  
 coepit Effraim, inde confusus est Iſrahel. Sequitur. **L** Transire fecit Samaria regem su-  
 um, quasi spumam super faciem aque, et disperdentur excelsa idoli, peccatum Iſra-  
 el.

alst Effraim

Vaccæ Be-  
thauen.

Populus iex-  
cusabilis, q̄  
sponte coluit  
uitulos.

Cur pp̄lus lu-  
xit sup̄ uitulo

4. Reg. jr

Rom. j.  
Plus peccau-  
erunt æditui q̄  
populus.

COMMENTA RVPER ABBA LIB IIII.

Rex Israel sic  
 cutispuma  
 que.

Decem scissure  
 in regno Isra  
 el.

3. Reg. 11.

3. Reg. 15.  
 3. Reg. 16

4. Reg. 9.

4. Reg. 15.  
 4. Reg. 17.

Luce. 23.

De tribula  
 tione hic sens  
 us propheta

4. Reg. 17.

Hester 7

Infra. 14.

bel. Siquidem pro merito iniquitatis perseverantis hoc emeruit Samaria siue decem tribus,  
 ut rex eius transfret, & regnum eius solueretur sicut spuma super faciem aquarum: quae vera ni  
 mirum similitudo est. Sicut enim in olla feruente superiores aquae bullasque surgē  
 tes erumpunt, ipsaeque bullae subsidentes colliduntur: & alijs emergentibus, aliae crepant, &  
 dissiliunt: ita Samaria uel decem tribus, iugi feruente igne discordiae, reges alios super alio  
 os creauerunt, & usque ad decem uices (sicut ex ipsa libri Regum lectione colligi promptum  
 est) percussis regibus, alij reges superfederunt: secundum numerum scissurarum decem pal  
 lij: quo discisso, propheta, scilicet Abias Sylonites, dixerat ad Hieroboam. Tolle tibi de  
 cem scissuras. Haec enim dicit dominus deus Israel. Ecce ego scindam regnum de manu Salomo  
 nis, & dabo tibi decem tribus. Decies namque (sicut iam dictum est) regnum illud decem tribuum  
 per discordiam scissum fuit, decies quasi spumam siue bullam super faciem aquarum transire fecit  
 regem suum, alio percusso suscipiens alium. Primo namque scissum est Hieroboam. Secundo, Ba  
 asa percussit Nadab filium Hieroboam, & regnavit pro eo. Quarto Amri, qui erat princeps militiae  
 super Israel, rex factus est ab exercitu, & illo mortuo in peccatis suis, Achab filius eius re  
 gnauit pro eo. Quinto loco Ioram filium Achab occidit Iehu, & regnavit pro eo. Sexto Za  
 charia abnepotem Iehu percussit Sellu, & regnavit pro eo. Septimo, eundem Sellu percussit Ma  
 nahan, & regnavit pro eo. Octavo Phacee filius Romeliae percussit Phaceiam filium Manahan,  
 & regnavit pro eo. Nono Phacee filium Romeliae percussit Osee filius Ela, & regnavit pro  
 eo. Decimo, tandem discidio scissum est regnum in rege Assyriorum, qui Osee iam dictum obsedit,  
 & uinctum misit in carcerem, & transtulit Israel in Assyrios. Sic & sic Samaria malis suis re  
 gem suum transire fecit. Et disperdentur (ait) excelsi idoli, de quibus uidelicet totiens scriptura re  
 fert: ueruntamen adhuc populus immolabat & adolebat incensum in excelsis, quod erat pec  
 catum Israel. ¶ Cuncta haec, ut caetera superiora, altius (sicut prophetale decet dignitatem)  
 nos animaduertere commonet illud, quod continuo subiunctum est. Lappa & tribulus ascen  
 det super aras eorum: & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. ¶  
 Hoc enim nequaquam de angustia captiuitatis illius, qua tunc in Assyrios translati sunt, sed potius  
 us de excidio pene inenarrabili, quo Iudaei propter scelus dominicae mortis subuersi, & in  
 oes gentes captiui ducti sunt: praedictum esse auctoritate sua dominus ipse comprobauit, qui sequentibus  
 & lamentantibus mulieribus, dum ad mortem duceretur, dixit. Filiae Hierusalem nolite flere super  
 me, sed super uosipsas flete & super filios uestros, quoniam ecce uenient dies, in quibus dicet, Bea  
 ta steriles & uentres quae non genuerunt, & ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere  
 montibus: cadite super nos: & collibus, cooperite nos. ¶ Notandum quippe, quod non sic ait tunc  
 dicent montibus, sed incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos.  
 Idem namque est ac si diceret. Tunc in illa tribulatione siue angustia incipiet impleri quod per  
 Osee praedictum est. Quod si tunc coepit impleri, & tunc dicere inceperunt montibus, cadite super  
 nos, quoniam uenerunt illi dies, quos tunc uenturos esse dicebat dominus noster: non utique ad illa tempora  
 ra sua, uel ad mala quae praesens ipse uidit propheta intendebat, quoniam haec dixit uel scripsit. Et re  
 uera, si rite perpendas illud quod tunc Israel passus est, quod anno nono Osee regis Israel coe  
 pit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Haila & in Abor  
 iuxta fluum Gozam in ciuitatibus Mecedorum: non tale uel tam grande fuit malum, ut pro  
 pter illud propheticus dignaretur sic exclamare spiritus: & dicent montibus, operite nos: &  
 collibus, cadite super nos. Quinimodo etiam si in seruos & ancillas uenundare illos rex Assy  
 riorum maluisset, quod ponere in ciuitatibus suis, tolerabile, imo & optabile fuisset malum, com  
 paratione tam miserabilis Hierosolymorum excidii. Quemadmodum Hester quoque, cum dix  
 xisset regi, traditi enim sumus ego & populus meus, ut conteramur, iugulemur, & pereamus,  
 continuo subiunxit. Atque utinam in seruos & famulas uenderemur, esset utique tolerabile ma  
 lum, & gemens taceret. ¶ Igitur quoniam & illa quae de uerbis istis propheticis tractauimus, par  
 tim non ex nota rei gestae historia, sed ex Hebraeorum traditione sumpta sunt, ut supra me  
 minimus: ipse autem propheta non Iudaeis perfidis, sed sapienti haec intelligibilia fore in sinu  
 at, cum dicit. Quis sapiens & intelliget ista, intelligens & sciet haec: rursus eadem repetere libet  
 & prophetiam secundum tempora, quae tunc futura erant, notis conferre uel proferre rebus uel sensu  
 bus eorum



bus eodē tenore uel cursu, quousq; ad p̄sentē locū peruenimus, Christū & eius tēpora non dubitantes huius uel ois sanctæ prophetiæ summā esse uel caput. ¶ Vaccas (inquit) Betha uen coluerūt habitatores Samariæ. Habitatores Samariæ ueraciter Iudæi fuere, qui ciuitatē sanctā Hierusalē & tēplū in illa diuini nois uidebātur inhabitare, nō utiq; corde, sed tantū corpore. Si enī dñm nostrū nō dubitauerūt Samaritanū dicere, q̄ utiq; secundū carnē Iudæus ex Iudeis erat, & hoc iccirco dicere ausi sunt, q̄ in ciuitate Samaritanorum duos dies manserat: postq̄ locutus est cū muliere Samaritana: quāto magis ipsa scriptura dicere debuit. habitatores Samariæ q̄ nimis crudeliter imitati sunt, atq; impleuerunt peccatū Samariæ: Samaria nāq; recessit à domo David, regēq; aliū & deos alios sibi fecit: Iudæi uero negauerūt & crucifixerūt filiū David, filiū dei, regēq; suū Cēsare esse professi sunt, & tūc qdē Barrabā sibi dimitti petierūt, & Antichristū pro Ch̄so suscepturi sunt. Vere ergo habitatores Samariæ, id est, alieni à David & à ciuitate eius Hierusalē, & à tēplo qd est in ea, à tēplo dominici corporis, in quo corporaliter inhabitat ois plenitudo diuinitatis. Isti coluerūt uaccas Bethauen, uidelicet qualibus alius propheta loquitur: Audite uerbū hoc uaccę pingues, quæ estis in monte Samariæ, q̄ calumniā facitis egenis, & cōfringitis pauperes, q̄ dicitis dñs uester, asserite & bibemus. Iurauit dñs in sancto suo, quia ecce dies uenient sup uos & leuabūt uos in contis, & reliquias uestras in ollis seruētibus: & p̄ aperturas exhibitis altera contra alterā, & proiciemini in Armon, dicit dominus. Vaccæ itaq; illius temporis, altera contra alterā principes sacerdotum Annas & Caiphas exiterunt: ita deuorantes plebem, sicut herbam uirentem uaccæ deuorare solent: & hoc in Bethauen, qd interpretat̄ domus idoli, id est, in illo templo, quod dicebatur templū domini, & debebat esse domus orationis, sed erat domus mammon, quippe quā ipsi fecerant speluncam latronū. Istas utiq; uaccas Iudæi coluerunt, uoluntaria nāq; crudelitate illis principibus sacerdotū sese summisserunt, & consenserunt ad occidendū dñm in illa Bethauen, id est, propter illam domū idoli sui, scilicet mammonæ uel pecuniæ suæ: & quasi diuino oraculo crediderūt uaccis illis, dicentibus sibi. Occidamus eū, ne forte ueniant Romani, & tollant nostrū & locū & gētem. Talia sibi immugientes uaccas pingues illi coluerunt, id est, libenter audierunt. Vnde hoc comprobatur. Quia luxit (inquit) super eo populus eius. Hoc manifestum est, Luxū nāq; sp̄taneū populus sibi met̄ assumpsit super eo, subauditur deo suo, uidelicet mammona in quo, cui nimirū seruiens nequaq; seruebat deo, & quodā modo lugebat, talē inter se haberi hominē qui diceretur Christus, qui rex Irahel acclamaretur, quē nisi occiderent, uenirēt Romani, & tollerent ipsorū locum tam pulchrū tantarūq; diuitiarū. Hoc illi simile fuit, quod impia Iezabel iubente primates populi luxū simulauerunt, & prædicauerūt ieiuniū, ut quasi necessario iustitiæ iudicio interficerent Naboth, summittentes duos uiros filios Belial contra eū, qui falsum dicerent testimoniū. Et populus quidē totus crudelitati intentus, uoluntariam necessitatē occidēdi dominum quasi tristes suscepit, sed principes sacerdotum scribæ & pharisæi gaudebant intra cordis sui secretū, quod præualisset malitiæ suæ commentum. Ait ergo, Et æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est munus regi ultori. Aeditui nāq; tunc erāt illi, non ueritatis, sed erroris & malitiæ, iuxta illam sententiam domini, quia tulistis (inquit) clauim scientiæ. Ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Exultauerunt (ait) in gloria eius, quia migravit ab eo, id est, exultauerunt in pecunijs populi, quia prædam faciebant de populo, sperantes quod deinceps sua lucra facerent occiso Christo, qui reprehendebat auaritiā ipsorum. Nam quod tali spe uel intentione Christum occiderunt, illa probat parabola, in qua uidentes agricolæ filium patris familias, Dixerunt. Hic est hæres, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Cui aut̄ dubium, uel quis nesciat, quomodo migravit ab eo, scilicet populo deus suus, mammon, cui seruebat, ut merito ueniret in manus Romanorum argentum ipsorum & aurū & locus & gens: Siquidem ipsi hoc emeruerūt, quādo congregati cū senioribus, consilio accepto, pecuniā copiosam dederunt militibus dicentes. Dicitis quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Hoc nempe modo deus ipsorum, qui non est alius, nisi mammon iniquus, in Assyrijs delatus est munus regi ultori: quia profecto pecunia ipsorum malignis spiritibus, & diabolo patri meo

Reperita expositio peccatorum, Iohan. 8.

Ibidem. 4.

Habitatores Samariæ.

Iohan. 19.

Mat. 27.

Iohan. 5.

Coloss. 2.

Vaccę Bethauen.

Amos. 4.

Matth. 27. Mammon de Iudæorū.

Ioh. 11.

3. Reg. 27.

Luce. 11.

Matth. 27.

Matth. 27. Iudæi traditi sunt regi ultori diabolo.

COMMENT·RVPER· ABBA· LIB· IIII·

daci dedicata est, quando tale mendaciū coemerūt. Proinde iusto ualde iudicio prouenit,  
 ut traderentur illi regi ultori, ut & super eos rex atq; pater mendaciū regnaret, & in eos ultio  
 onem per manus Romanorū exerceret. Et illi quidē ad horā nimis parū exultauerunt, pu  
 tantes q; deinceps liberius copiosa pecunia migrare deberet à populo in mar supia ipforū,  
 sed exultatio illa in uerū cōuersa est lucū, quia magnā & miserabilē, toto mirante seculo,  
 ultionē sustinuerūt. Vnde & subditur. Cōfusio ꝑ Iſrahel capiet, & cōfundetur Iſrahel, sicut  
 nūc palā factū est, qñ ceciderūt in ore gladij, & in oēs captiui ducti sunt, & in residuis eorū  
 toti mūdo spectaculū est, nō solū dispersio qua dispersi sunt, uerū etiā cecitas mentis que in  
 Iſrahel contingit. Et bene cū dixisset, confundetur Iſrahel, addidit, in uoluntate sua, quia ut  
 delictū sic uoluerunt Iudæi, sic electione præfixerūt ac præscriperūt sibi, Christū regem  
 negātes, & Cæsarē profitentes: Christū occidentes, & Barrabā dimittentes, & clamātes co  
 rā Pilato, sanguis eius super nos & super filios nostros. Sequitur. ¶ Transire fecit Sama  
 ria regē suū quasi spumam super faciē aquæ, & disperdentur excelsa idoli, peccatū Iſrahel.  
 Samaria (sicut iam dictū est) hoc loco recte dicitur etiā Iudæa, quia reuera secundū supra  
 dictas rationes Samariæ, quæ à domo David scissa fuerat, similē sese in peius fecit Iudææ:  
 quæ uerū David, Christū regē habere recusat. Transire ergo fecit regē suū, id est, regē ha  
 bere maluit transitoriū, q̄ regem suū: Verum non conceditur ei, ut saltē transitorium regē  
 habere possit, sed oīno ablatū est illi regnū, & dux pariter & rex ab ea trāsuiit. Nec em̄ saltē  
 dignatus est Cæsarū quisq; regnare super eos, aut in regno suo ciues habere illos, sed tantū  
 modo captiuos, licet adulati sint dicētes, nō habemus regē nisi Cæsarē. Sicut repēte transiit  
 spuma super faciē aquæ, sic in breui dissipatū & adnihilatū est regnū Iudææ, & dispersa  
 sunt excelsa idoli peccatū Iſrahel. Lapis quippe super lapidē non remansit, & destructum  
 est, subuertentibus Romanis illud, quod debebat esse templum domini, erat autē excelsum  
 idoli & peccatū Iſrahel, ex quo polluti sunt sanguine Christi, homicidij & serui peccati, ser  
 ui mammonæ dei uel idoli sui. Et quid mirum, si iam post necem Christi templū illud uo  
 cetur excelsum idoli: cum antea domus eadem spelūca latronum facta uocata fuerit? Dis  
 perdentur ergo excelsa idoli, id est, adnihilabitur caput superbiæ Iudææ, & fundus auar  
 ritæ pharisaicæ: pulchritudo templi, de quo salus exiuit, sicut significatur in euangelio, cū  
 dicitur. Iesus autem abscondit se & exiuit de templo. ¶ Quanta autem perditione, quanta  
 cum tribulatione gentis hoc deberet fieri, uerbis sequentibus exprimit, cum dicit, Lappa  
 & tribulus ascendet super aras eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite  
 super nos. Quod enim dicit, lappa & tribulus ascendet super aras eorum, signū est ultimæ  
 solitudinis, ut ne parietes quidē & extrema ædificiorum uestigia relinquuntur. Cum autem  
 subiungit, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos, itam & tribulatio  
 nem illam uehemēter edicere nititur: quæ tanta extitit, ut satis declamari non possit. Eorū  
 namq; erat dicere montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos: quippe qui magis mo  
 ri optarent, q̄ cernere quæ afferunt mortem. Et reuera satis pulchre atq; eleganter exprimit  
 litera hæc, quanto desiderio latere uoluisset, si possibile fuisset. Etem̄ cū per omne tempus  
 obsidionis (ut Iosephus refert) occisorum, siue fame, cæterisq; cladibus mortuorū numerus  
 ad decies centena milia collectus fuerit, qui super fuerūt ad ualles & in specus subterraneos  
 os confugerūt, & in cloacis quoq; delitescere frustra conati sunt. Sic delituisse uel delitescere  
 re uoluisse, nimirū dixisse fuit montibus operite nos, & collibus cadite super nos. ¶ Quare  
 autē dñs noster hoc testimoniū de propheta sumens, sic dicere maluit, tūc incipient dicere:  
 Cur non ait dicent, sed dicere incipient? Videlicet, quia non illic finis, sed initium dolorum  
 extitit, qñ sic ceciderūt in ore gladij. Tempus aliud erit, ueniet dies alius: dies iudicij, q̄ ma  
 iori cū angustia dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite sup nos, dicent sanctis pa  
 tribus & patriarchis, protegite nos: dicent Moſi & prophetis, excusate nos. Verum id fru  
 stra dicent, nā e contra, est qui accuset uos (ait dñs) Moſes, in quo uos speratis. Et uerba qui  
 dē diuersa de montibus & collibus prædicata sunt, dicendo montibus, operite nos, & collibus,  
 cadite super nos: sed sensu eadem sunt. Nam propheta quidē, dicēt (ait) montibus ope  
 rite, & collibus, cadite: dñs autē, tunc (inquit) incipient dicere montibus, cadite super nos, &  
 collibus, operite nos. Sequitur. *L. Ex diebus Babaa peccauit Iſrahel, Ibi steterunt.*  
Non

ab Effraim

Iudæi absq;  
rege.

Excelsa Idoli  
templū Iudæ  
orum.

Iohan. 8.

Fuga Iudæo  
rum in obsi  
dione,

Iohan. 5.

Non comprehendet eos in Gabaa præliū super filijs iniquitatis. Juxta desiderium meum corripiam eos. Congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. Semel & iterum ac tertio, imò & quarto antiquitatem siue uetustatem peccati illoꝝ commemorat, ut nulli uideatur nimiam festina uel plus iusto se uera punientis sententia. Primo nanq; superius dixit, ista subsannatio eorū in terra Aegypti, & post aliqua rursus ait. Profunde peccauerūt sic in diebus Gabaa. Item. Omnes nequitias eorū in Galgalis, quia ibi exosos habui eos. Nunc quarta iam uice secundū eandē intentionem dicit. Ex diebus Gabaa peccauit Israel, id est, ex eo tēpore, quo in Gabaa peccare nō desit Israel. ¶ Peccauit autē illic semel & iterū Israel peccata, quorū in scriptura seuū & horribile monumentū est. Venit Leuita in ciuitatē illā cū uxore sua, illucq; diuertit, & ecce hoies ciuitatis illius circūdederunt nocte domū in qua manebat, uolentes eū occidere: & uxorem eius incredibili libidinis furore uexantes. Deniq; mortua est. Vbi tanta regnabat corporalis nequitia fornicatiōis, iam increuerat nequitia quoq; spūalis, & hoc nihilominus eadē scriptura denarrat, referens p̄cedenti lectione, idolū factū in domo Michæ. Et quantū illud instantia, qua uiolentia rapuerūt ad se filij stirpis Dan cū sacerdote, dicentes ei, Veni nobiscū ut habeamus de patrē & sacerdotem, &c. Sed filij Israel illam fornicationē idolatriæ pro nihilo ducentes, imò & ipsi facientes pro illa corporali fornicatione ascenderunt oppugnare Gabaa, contra filios Benjamin: & semel atq; iterum bello concisi, tandemq; uictores, pene unā ex Israel tribu deleuerūt. ¶ Post hæc Saul ex eadem urbe rex assumptus est, tanta cū offensione dei, ut diceret ad Samuelem. Non es te abiecerūt, sed me, ne regnē super eos. Nimirū sic & sic peccante Israel, filij quoq; postmodū nati simul peccauerunt, uero & iusto iudicio dei sic enunciante, sic eos arguente, ut dicat. Ibi steterunt. Idem em̄ est ac si dicat, Filioli, quamuis post multa tempora nati illic peccauerunt, in illis patribus suis præuicariis sunt: quia uidelicet à peccatis eorum non recesserunt, imò peiora faciendo mensuram illorum impleuerunt. Iccirco etiam durius atq; fortius super eas dari debuit iudiciū, quod intendens, continuo dicens. Non comprehendet eos in Gabaa præliū super filijs iniquitatis. Et est sensus. Quod malum passuri sunt, non tale erit quale fuit illud præliū in Gabaa, quod habuerunt contra filios iniquitatis, quorū incredibilis furor libidinis mulierē uexando interfecit, sed multo uehementius, incomparabiliter maius. Hoc est quod protinus ait. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Magna & uehemens comminatio, quæ secundum literæ sonum hoc significat, quod uindictæ magnitudinem facere deus (qui utiq; impassibilis est) habeat in desiderio. Simile est huic illud quod in Esaia dicit. Heu consolabor super hostibus meis. Dicitur est autem ad similitudinem hominis multum exacerbatū, & ultionem uidere adeo desiderantis, ut antequam fiat, nullo modo possit consolari. Et quid facturus sit, protinus breuiter innuit. Congregabuntur (ait) super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. ¶ Propter duas iniquitates corripendum dicit Israel, iuxta illud quod in Hieremía loquitur idem deus. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, quæ continere non possunt aquas, hoc de gente alia, de populo quouis deum ignorante, dici non poterat. Gens em̄ quæcunq; querum ignorans deum, falsos deos colebat, unam tantum fecisse iniquitatem recte dicitur: gens autem hæc, in qua deus notus erat, declinando in idolatriam, duas habere iniquitates ueraciter culpatur, id est, deum uerū reliquisse, & pro illo uel cōtra illū deos alienos coluisse. Dupliciter nanq; reus est, qui bonum sciens, malum potius eligit: ille uero simpliciter, qui bonum nesciens, malum pro bono suscipit. Itaq; & quando uitulum unum populus ille fecit in deserto & coluit, post multa quæ uiderat magnalia ueri dei: & quando desens domum Dauid & templum domini, duos uitulos sibi statuit, imò & quotiens illos uel illos gentium deos adorauit. Amplius autem quando Barrabam sibi dimitti, Christum autem crucifigi petiuit, duas iniquitates fecit, dupliciter peccauit, bonū reprobās, & malū eligens: dulce amarū, & amarū dulce ponēs: tenebras lucē, & lucē tenebras appellās. Cū igitur corripietur propter duas iniquitates suas, cōgregabuntur (ait) super eos populi, ut uidelicet propter seditionis auctorem, quæ sibi elegerūt, tradant in manus gladij: & propter hoc quæ

Peccatum Israel duplex in Gabaa, Iud. 19

1. Reg. 8

Esa. 1.

Dux iniquitates corripendum dicit Israel, Hier. 2

Esa. 1.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. III.

Christū negauerūt, uulpium, id est, malignorū spirituum partes sint. Sequitur. **L. Effraim** uitula docta diligere trituram, et ego transiui super pulchritudinē colli eius. **Ascē** dams super Effraim, arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob. **Quæ** rebas forte admirans, quæ causa uel quod uinculū tam forte populū illū idolatriæ subligatū tam diu tenuerit ex diebus Gabaa, imō & ex diebus Aegypti: sicut superius ait, ista subsannatio eorū in terra Aegypti. Quasi istud quæres, causam ueram habili atq; eleganti similitudine cōuenienter exprimit. Effraim (inquit) uitula docta diligere triturā. Consuetudo hic terrę promissionis tangitur, ubi uitulæ cū cæteris animalibus fruges terere consueuerūt. Cū autē grauissimo labore fatigātur, solent prodire ab area. Iterum autē diligentes aream, eo qd fruges in ea comedant, unde est illud, Non alligabis os boui trituranti: sponte ad aream redeunt. Igitur Effraim similis est uaccæ uitulæ, quia didicit aream terere: Et nō solū didicit, uerumetiam à nimia consuetudine cœpit amare quod docta est, licet trituratio laborē inferat. Sic & populus Israeliticus, licet frequenter affligeretur, & multa aduersa pateretur propter idolatriam: tamē uoluntates suas & ingluuiem uentris sequi desiderans, ultro ad idola reuertebatur. ¶ Poterat hoc ipsum alia quacunq; similitudine quam per eiusmodi uitulam designari, sed mira proprietate usus est intuitus spiritus prophetici, durū talem proponere similitudinem maluit: Nam quia uitulos colebat Effraim siue Israel scissus à domo Dauid, imō & coluit ab initio uitulum, quando egressus est de terra Aegypti, pulchre nimis eadē gens hic uitula dicta est, dum arguitur, quod à uero deo fornicando cultui uitulorum succubuerit. Magnam deinde sonat iram dicendo, & ego transiui super pulchritudinē colli eius, ascendam super Effraim. Pulchritudo namq; colli superbiam designat eorundē peccantium, & in peccatis suis complacentiū sibi. Porro, transitus siue ascensus, de quo dicit, Ego transiui siue ascendā Effraim, tam futuro q̄ præterito tēpore certissimum esse significans quod facere intendit, uindicta est eadē quam in Exodo legimus præscriptam his uerbis. Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Nec uana illa cōminatio extitit. Semel em̄ ascēdit, semel emanatus est, semel passus, mortuus ē, & resurrexit, & in cœlum ascendit: & tunc demū illum populū dura ceruice ascensus sui nimis impatientem deleuit. Quod hic pulchritudo colli, hoc ibidem dicitur ornatus, cū dominus dicit, iam nūc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi, Deposuerunt ergo filij Israel ornatū suum à monte Oreb. Quādiū peccator ornatus incedit, id est, in peccatis suis superbit, quādiū pulchram ceruicē erigit, complacendo sibi, lætabūdus quod male fecerit, & exultans in rebus pessimis: quodammodo nescit deus quid faciat illi, nescit misericordia quali aditu ad illum ueniat remota seueritate iudicij: atq; iccirco cū dixisset sententiam iudicalem, populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui & delebo te: protinus consiliū offerens, iam nunc (ait) depone ornatum tuum ut sciam quid faciam tibi, id est, humiliare pœnitendo, ut miseret tui. Igitur quod hic ait, & ego ascendi siue ascendā super pulchritudinē colli eius, uidelicet uitulæ diligentis trituram, id est, populi totiens tamq; pertinaciter recurrētis ad idolatriā: illā designat irā, quā tūc idē populus bibit usq; ad fundū calicis, qñ deus hō factus in medio eius ascēdit. Ex tūc em̄ contracta est pulchritudo ceruicis, q̄ ceciderūt in ore gladij & in omnes gentes captiui ducti sunt peccatores superbi. Porro idē ascensus, sicut in rursus nam superborum blasphemantium, ita & in resurrectionem positus est humilium credentium atq; confitentium. Sequitur ergo, Arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob. Ecce uideamus, & orbis uniuersus nouit, quia contrita ceruice Effraim, arauit Judas, & Jacob sulcos sibi confregit: quia disperditis incredulis Iudæis, qui negauerūt filium Dauid, sicut olim recesserat Effraim à domo Dauid, euangelicæ prædicationis uomer corda gentium exarauit & Jacob, id est, supplantator, uidelicet gentilis populus, sulcos sibi confregit, agriculturam exercens ad seminandum uel recipiendum semen uerbum dei. Judas arauit, quando quidē Iudæis erant Apostoli secundum hoc ipsum nomen quod est Judas, id est, confessio, primi confitētes Christū filiū dei uiui gentibus prædicauerūt: ipse autē gentes Jacob esse cœ sunt, quia supplantauerūt Esau, dū primogenita salutis tulerunt quæ fuerant Iudæorū. Arando sulci fiunt, confringendo autem sulcos id quod aratum est, idoneum fit ad semen contegendum atq; conseruandum. Cōgratulatur protinus propheticæ gratiæ spiritus agricolis siue aratoribus.

Supra 7.

Cur uitulæ similitudo affectur hic.

Pulchritudo colli, supbia ē

Exo. 33.

Prouer. 2.

Gentiles facti sunt Iudas.